uerſa perfecta dilectione ſibi inherens. ¶ Iteꝫ de malis vel ſic. oñdi
q̄ nō ſtatim fuerunt mali probať per auctoritatē Orige. queritur.
in glo. ſup Ezech. ⁊ poniť diſ.3 c. adhuc aūt vř ⁊c. vbi dř. Uide in ſuo
Serpens hoſtis cōtrarius verit tunc: nō tm̄ a p̄ncipio ſuper lib. per totū
pectus ſuū ⁊ ventrē ambulauit: ſicut nec Eua nec Adam 2.⁊.3.
ſtatim peccauerunt: ⁊ loquiť de diabolo ſub noīe ſerpen tis. ¶ Item Ezech.28.dř. Tu ſignaculū ſilitudinis ple nus ſcia ⁊ perfectus decore in delitijs paradiſi dei fuiſti. ergo non ſtatim in miſeria.

Reſpondeo primo videdū eſt de poſſibili ſequē do rōnē. ſcd̄o de facto ſequendo auc toritatē. p̄mo ergo videndū eſt an in p̄mo inſtanti potue A
runt eſſe beati vel miſeri. ⁊ dico q̄ boni potuerūt in p̄mo inſtanti eſſe beati. cuius rō eſt iſta: q: beatitudo non pōt ineſſe alicui creature capaci beatitudinis niſi a deo. ergo pro quocūq; inſtāti eſt beatitudo poſſibilis dari a deo ⁊ ineſſe creature capaci illius ꝓ illo inſtanti eſt ſimplr̄ poſ ſibilis: ſed pro quocūq; inſtanti deus potuit illā dare: ita bene in p̄mo ſicut in ſcd̄o vel in tertio inſtanti: ⁊ angelus bonus pro quocūq; inſtanti fuit capax: quia per nām eſt Aug.14.tri. c.8.
imago dei qua eſt capax dei. ⁊ illā plenā habuit naturam ⁊ perfectā in nālibus: quare ⁊c. ¶ Utruꝫ aūt in p̄mo in ſtanti potuerūt eſſe miſeri diſtinguiť de miſeria: eſt enim B
duplex. ſ. pene ⁊ culpe. de miſeria pene q̄tuꝫ ad illud qō eſt. ſ. q̄ntū ad illud incōmodū qō nūc infligiť vel inflige tur pro culpa potuerūt eſſe miſeri in p̄mo inſtanti: q: non vř ꝯtradictio q̄ in p̄mo inſtanti inſit vel infuiſſet nature angeli: potuit etiam immediate dari a deo pro illo primo inſtanti ſicut ⁊ beatitudo: dicente Aug.3° de li. arb. ſi deus ab initio feciſſet hoīem in pena: nō eſſet ꝓpter hoc vitu perandus deus nec iniuſtus: ſed ſi ab initio non fuiſſet in pena ⁊ poſtea feciſſet eū in pena ſine ſuo demerito, vitu Tho.1.par
perandus eſſet. ¶ De miſeria culpe dicit q̄ nō potuit in ſum.q.63.ar.
p̄mo inſtanti peccaſſe. Et rō vnius doct. p̄ª eſt hec: q: illō 5. ⁊ eſt opi.
peccatū in p̄mo illo inſtanti aut eis ineſſet a deo creante: Ri. vide rī.
qō nō eſt verū: q: deus non eſt auctor mali culpe. nec pōt h. copule ⁊
eſſe cauſa defectiua reſpectu culpe: aut ineſſet eis per pro Augu.5.4.
priuꝫ actū voluntaris ſue: ſed hoc nō pōt eſſe. ꝓbatio: q: q.3.
oīs operatio que ſimul incipit cū eſſe rei eſt effectiue a cā ꝓducente rem in eſſe. ¶ Exemplū: q: deſcenſus grauis ſimul incipit cū eſſe eius: ideo deſcenſus ille cauſať a ge nerante graue: poniť ēt exemplū de tibia claudicante: cū igiť nec a deo effectiue: q: de⁹ nō poteſt eſſe cauſa vel auctor

malí

mali:nec a ꝓprio actu ſue voluntatis:vel a ꝓpria volun/
tate effectiue in ꝑmo inſtanti potuerunt habere peccatū
vel actum talem vitioſum:ſequitur ⁊c̃.❡ Sed hec ratio
non valet:quia ſm Aug.11.de ciui.dei.c.13.vbi dicit.qui
a.l.nō ſentiūt dicunt angelos a ꝓncipio fuiſſe malos ſentiunt cum ma/
nicheis:qui ponebāt vnū deū malū imediate eſſe cauſaꝫ
mali:⁊ alterū eſſe imediate cām boni.ergo ſm Augm̄ non
ſequit̃.ipſi fuerunt mali a ꝓncipio.ḡ eoꝝ malitia fuit cau
ſata a deo.❡ Itē defectus cāe ſcḋe in agēdo inquātū de/
fectus eſt,nō eſt effectus cauſe ꝑme.ergo defect⁹ ꝓducēs
a volūtate angeli in illo ꝑmo inſtanti ſi fuiſſet:non fuiſſet
a deo vel a cā ꝑma ſicut nec nūc eſt.❡ Itē ſcḋa cā.ſ.vo/
luntas ſemꝑ equaliter cauſat̃ a deo nō ſolū quātū ad cō/
ſeruari:ſed quātū ad cauſari ſm Aug.8° ſuper Geñ.volē
tem ꝙ ſol ſicut cauſat lucem in aere ꝙ aer ſemꝑ ſit luci/
a.l.nō fuiſſet a deo ſꝫ a 2° cau ſanti. dus a ſole quādiu lux eſt in aere:ſic de⁹ ſemꝑ cauſat vnū.
nā ꝯſeruari cōtinue ab ipſo eſt cōtinue cauſari:ſicut ergo
a.l.cū de⁹ tūc cauſet. defect⁹ cāe ſcḋe infuiſſet a deo in ꝑmo inſtanti:cū de⁹ nūc
cauſet volūtatē ſicut in ꝑmo inſtanti,nunc cauſaret pctīn
a.l.nec vn cau ſare peccatū ſic ⁊c̃. ſicut in ꝑn°.❡ Arguit̃ ēt ad eandē ꝯcluſionē ſcḋo ſic.An/
gelus nō pōt hr̃e ꝑm̄ velle a ſe:ſed ab alio:ſꝫ tale velle nō
faceret angelū peccare vel eſſe in culpa:quare ⁊c̃.ꝓbatio
a.l.Preterea 2° ꝯ iſta opi. arguit ſic. aſſumpti ꝑ Anſel.de caſu diaboli.c.13.q2 ſm eū ſi ꝑmum
velle a ſe hꝫ:aut hoc eſt nolens aut volēs:ſi volēs.igit̃ illō
nō eſt ꝑm̄ velle.ſi nolens idē ſequit̃:q2 añ illud velle no/
luit illud.igit̃ voluit illud nō eſſe:igit̃ aliqd voluit.cū igit̃
Uide infra ol.25. ꝑ poſitū:peccatū fuerit in ꝑmo īſtanti,nō fuit ab actu vo/
luntatis ꝓpꝛie nec a deo.igit̃ nullo mō.❡ Dico ad iſtud
argm̄ ſuppoſito ꝙ voluntas poſſit eſſe cā actiua ſue voli/
tionis obiecto ſibi preoſtenſo ⁊ pñte.Dico tunc ꝙ pōt eē
cā ꝑme volitionis ſicut ⁊ ſcḋe cuꝫ ſint eiuſdeꝫ rōnis:imo
ſm ſic ponentes eſſet ꝓceſſus in infinitū niſi haberet ꝑm̄
velle a ſe ꝑmo.nā quero a quo ꝑm̄ hꝫ velle:aut a ſe ⁊ habe
tur ꝓpoſituꝫ:aut ab alio:⁊ tunc hoc erit per aliud velle:⁊
de iſto quero a quo hꝫ:ſi a ſe habet̃ ꝓpoſitū:ſi ab alio erit
ꝓceſſus in infinitū.❡ Ad Anſel.dico.ꝙ ipſe fingit vnuꝫ
angelū qui ꝑus eſſet vna eſſentia nuda nō hñs formaliter
potentiā volitiuā quā ipſe vocauit inſtrm̄:iſte angelus ſic
imaginatus ſm Anſel.nō pōt hr̃e ꝑm̄ velle a ſe:q2 opꝫ ipꝫ
reduci ad actū ꝑm̄.ſ.ꝙ habeat volūtatē anteꝗ̄ eliciat vo/
litionē:⁊ hoc nō pōt a ſe eſſe.Et tunc cū dicit̃ ſi hꝫ a ſe aut
volens aut nolens.dōm ꝙ nec volēs nec nolēs hꝫ ꝑmuꝫ
velle.❡ Uel ſi dicamus illū angelū habere inſtrm̄.ſ.po/
tentiā volitiuā:tamen fingimus ipſuꝫ ſine affectione com
modi vel incōmodi vel iuſti vel iniuſti:tunc non pōt hr̃e
velle a ſe:ſed a deo ſm ꝑmā affectionē cōmodi vel incō/
modi que ſuꝑaddit̃ nature ſue:ſed habita affectione com
a.l.3° rō pō nit ad idē ſic. modi ꝑma volitio elicita eſt a ſe.⁊ iſto mō intelligit Anſ.
❡ Arguit̃ tertio ad iſtā cōcluſionē ſic.ſi voluntas angeli
peccat in ꝑmo inſtanti.ḡ nō peccat.ꝓbatio ꝯñtie:q2 ſi in
ꝑmo inſtanti peccauit nō potuit nō peccare.ḡ neceſſario
peccauit.ꝓbatio iſtius ꝯñtie:q2 ſi potuit nō peccare aut
potentia añ actū:qḋ falſuꝫ eſt.nā ante ꝑm̄ inſtans non fuit
potētia in ipſo:nec potētia cū actu:q2 in iſto inſtanti in ꝗ
peccauit nō potuit nō peccare:⁊ iō per illaꝫ potentiā non
q.3. ol.41. potuit nō peccare.❡ Sed hoc argm̄ nō valet:ſolutū eniꝫ
eſt diſ.1.huius ſcḋi.in q̄ōne de eternitate mundi.⁊ in ꝑmo
libro de predeſtinatione:q2 vt dictū eſt ibi cā non cauſat
effectū niſi vt prior nā nō prior duratione:nam ⁊ ſi nō ſit
duratiōe ꝑus cā ꝗ̄ cauſans:tñ prior fuit nā.ḡ ſi oīs cauſa
dū cauſat neceſſario cauſat:oīs cā neceſſario cauſat:⁊ nūc
nihil cōtingenter eueniet:q2 cā nō eſt ꝯtingenter cauſans
anteꝗ̄ cauſet.❡ Iteꝫ oīs libertas arbitrij tollet̃.nā volū
tas in iſto inſtanti nō elicit actū libere:⁊ nō elicit illū libe
re anteꝗ̄ eliciat:ſi ergo nūc elicit de neceſſitate per te:q2
pro nūc nō pōt nō elicere.ḡ nunꝗ̄ libere eliciet.❡ Hoc
ēt eſſet cōtra eos qui dicūt ꝙ volūtas nec̃io vult fineꝫ:nō
aūt ea que ſūt ad finē.ſi ergo neceſſario vult qñ vult:⁊ nūc
ita neceſſario vult ea ꝗ ſunt ad finē ſicut finē:q2 neutrum
vult anteꝗ̄ velit:⁊ ideo vtrūqꝫ volet vel vult neceſſario:
vt dictū eſt.❡ Ideo dico ꝙ potētia cōtradictionis nō ne
ceſſario eſt potētia ante actū.nā cuilibet cōtingenti ꝓpo/ C
ſitioni de futuro correſpondet ſua de preſenti cōtingens
ſimilr̃ ſic iſta:tu ſedes.eſt vera cōtingens de ꝑſenti ſicut
fuit illa ſibi correſpōdēs cōtingēs de futuro:tu ſedebis:ſꝫ de
pñti eſt magis determinata:iſta de futuro minus.vñ Ar. c.vltimo.
ꝑmo periher.dicit in ꝓpoſitionib⁹ de pñti eſſe veritateꝫ
determinatā ⁊ nō neceſſariā.Cū ergo dicis aut potuit po
tentia ante actū:aut potētia cū actu.dico ꝙ potuit peccaſ
ſe potentia ante actū anterioritate vel ordine nāe:nō ꝑus
duratione neceſſario:⁊ ſi iſta glo.nō valet.deus nullū cō/ Nota incidēter ſolōnē dif ficilis dubita tionis.
tingenter ſed neceſſario ꝑdeſtinauit:q2 nō eſt dare inſtās
vel tempus durationis ante ꝑdeſtinationē:ideo ſm illud
nō potuit nō predeſtinaſſe:qḋ falſuꝫ eſt:ſufficit eniꝫ ad B
ꝙ cā cōtingenter ꝓducat ꝙ prius ordīe nāe ſit ꝗ̄ effect⁹
ꝓductus:nec reqrit̃ neceſſario prius duratione ad hoc ꝙ
cōtingenter deus aliqd ꝓducat extra ſe.❡ Arguit̃ etiaꝫ a.l.Alia rō ponit talis.
quarto ſic ad dictā ꝯcluſionē.angelus non potuit in ꝑmo
inſtanti hr̃e deliberationē.ergo nec peccare.cōſequentia D
pꝫ.ꝓbatio añtis:q2 in ꝑmo inſtāti nō potuit ſil̃ multa in/
telligere diſtincte:ꝙ tñ oportebat ſi deliberaſſet. Nec iſta
rō valet.nā volitio qñ elicit̃ a volente nō reqrit niſi vnā
intellectionē:ſi ſit volitio vnica:itellectionē dico vnicam
diſtinctā:q2 plures itellectiones diſtincte ſimul nō pñt eē
in intellectu:⁊ ſi poſſent eſſe:tñ vna ſufficeret ad vnā vo/
litionē eliciendā:ita poſſet eſſe vna intellectio diſtincta:⁊ ēt
ſi deliberatio nō precederet:ſicut ſi multe preceſſiſſent:ꝗ̄
deliberatio reſpiciens plures itellectiones nō requiritur
ad vnā volitionē:ſed in vna ſola volitione pōt eſſe oblíq/ a.l.Itē multi cōcedūt ꝙ angelus pōt me reri in ꝑ° inſtā ti:ſed iſte rōnes ꝑtacte ſūt ꝯ ipſos ſicut ꝯ illā op̄.Nā ꝑma rō eſt ꝙ opō ꝑ° nō pōt eē ab eſſentia ſꝫ a ꝓducente:ſꝫ opō angeli nō ſua ⁊c̃.
tas ⁊ peccatū:quare ⁊c̃.❡ Rōnes ēt pretacte ſunt cōtra
ipſos:q2 ponūt ꝙ angelus in ꝑmo inſtanti potuit mereri.
maior eniꝫ ꝑme rōnis eoꝝ ad illā opinionē fuit iſta.ꝑma
opatio rei ſimul exiſtens cū re eſt a ꝓducente re:tūc ſub/
dat minorē ſub iſta ſic.ſꝫ opatio angeli nō ſua nō pōt ſibi
eſſe meritoria.ergo nō potuit mereri in ꝑ° inſtanti.❡ Itē
tertia rō eſt ꝯ eos:q2 in illo inſtāti non pōt mereri in quo
nō pōt peccare:quia in quocūqꝫ inſtāti potuit peccare,in
eodē potuit mereri:⁊ ecōtra.ſed ꝑ illaꝫ rōnē ſi in ꝑmo in/
ſtanti nō eliciat actū meritoriū vel bonū nō pōt peccare
ſm eos:q2 nō potētia ante actū ⁊c̃.❡ Iteꝫ alia rō vr̃ ad/ ſ.4.
duci cōtra eos:equalr̃ eniꝫ vr̃ requiri deliberatio vel ma/
gis ad bñ operandū ſicut ad male.bona eniꝫ opō nō pōt Diony.de di. no.c.4.⁊ ꝑhe 2.e.3.ethi.
eſſe niſi ꝯcurrentib⁹ circūſtātijs debitis oībus ſed mala: Diſ.12.e.18.
quacūqꝫ deficiente.ergo ſi ſine deliberatione poſſet meri
torie agere:multo fortius male.❡ Si inſteтur de chriſto Uide 3° pte q.15.ſed ꝗre ibdem.vbiqꝫ.
qui potuit mereri:⁊ tñ non potuit peccare:patebit de hoc
lib.3°.Uidet̃ aūt ille doc.cōcedere ꝙ chr̃s potuit pecca/ a.l.Alia rō ē iſta mot⁹ ⁊c̃.
re denominatiue:non aūt effectiue.❡ Arguit̃ ēt 5° ſic ad
ꝯcłonē.Motus nālis volūtatis angeli in ꝑmo inſtāti fuit
rectiſſimus.ergo in illo inſtanti nō potuit eſſe malus act⁹
vel mot⁹ malus liberi arbitrij ſi eniꝫ fuiſſet malus:remiſ/ a.l.probatio ꝯñie:q2 ſi in illo inſtanti po tuiſſet eſſe ma lus,remanſiſ ſet ⁊c̃.
ſuꝫ,⁊ ꝑ ꝯñs minus rectū feciſſet motū vel actū nālē volū
tatis:⁊ nūc nō fuiſſet volūtas rectiſſima vel actus ei⁹ na/
turalis.❡ Nec illa rō valet:q2 ſemꝑ dum manet integra
nā volūtatis,manet inclinatio vel motus nālis integer re E
ctus ita bñ in primo inſtanti ſicut in ſcḋo:ſed ſm Diony.
nālia in damnatis angelis manent ſplendidiſſima.ergo ⁊
inclinationes rectiſſime.Dico igit̃ ꝙ in ꝑ° inſtanti fuit nā
rectiſſima:⁊ tñ potuit fuiſſe obliqtas in actu elicito a vo/
lūtate libere:q2 rectitudo nāe ſtat cū volūtate non recta.

a. Nec illa rō valet:qꝛ ſequit̄ ꝙ ſicut nō poſſet peccare in pͦ inſtanti:ſic nec in ſcdo vel tertio:ſicut enim peccatū nihil nature adimit:aliogn tota poſſet cōſumi per peccata:ſic
l. etiā nihil inclinationis naturalis adimit.

¶ Alr arguit̄ ꝛ ꝓbabilr ſic. In habitu concreato ipſi angelo pͥmo relucēt q̈dditates intelligibiles ab angelo:cum igit̄ intellectus angelicus nō intelligat alia niſi vt pñtata in iſto habitu:intelligit pͥmo iſtas q̈dditates:ꝛ deinde ſpe-
a.l. Speculabilia ſingulariū,vel ſic.ꝛ hanc ſequitur ſpeculatiua intellectio ſingularium. cialia ſingularia:iō in pͥmo inſtāti nō potuit hēre cognitionē practicā.igit̄ nec peccare:qꝛ q̈dditates iſte relucētes in tali habitu ſcīali ad quas pͥmo habitus inclinat ſola ſpeculatiua cognitione intelligunt̄. ¶ ꝓ. Iſtaꝝ cōſiderationē q̈dditatū cōſequit̄ pͥmo q̄daꝫ cōplacentia nālis:ſicut cuꝫ cōſidero lunā cōplacet mihi.igit̄ ꝛ in pͥmo inſtanti qn̄ iſta complacentia nālis fuit:nō potuit demereri vel peccare.
F ¶ Nec pōt ſolui:qꝛ velle ꝯcupiſcētie preſupponit velle amicitie:nullus eniꝫ cōcupiſcit niſi magis amet illud cui cōcupiſcit bonū cōcupitū q̄ꝫ amet ipſuꝫ cōcupitū ꝛ prius aliquo mō.ergo pͥus amat q̄s ſe amore amicitie q̄ꝫ aliq̄d bonū ſibi:ꝛ in iſto priori pōt vel potuit eſſe inordinata volitio amicitie:plus.ſ.amādo ſe q̄ꝫ iuſte debuiſſet amare ſꝫ rectā rōnē:ſed iſta volitio inordinata potuit eſſe in pͥmo inſtāti creationis angeli:qꝛ in pͥmo inſtanti potuit ſibi oſtēdi bo͡m diligibile ſibi:ꝛ eque pͥmo vel pͥus nā potuit amare ſe in ſe.ergo potuit inordinate amare ſe in pͥmo inſtāti. pͥus ēt nā pōt obiectū bonū eſſe cognitum in ſe:ꝛ ēt amabile in ſe q̄ꝫ vt relucet in habitu:qꝛ nō ꝗetat amanteꝫ niſi vt in ſe. ¶ Iſtud cōfirmat̄ per Aug.q dicit.14.de ciui.c. vltimo.ꝙ ciuitatē diaboli fecit inordinatus amor ſui.iſte aūt potuit eſſe in pͥmo inſtāti:vt dictum eſt.Qd̄ aūt dī de q̈dditate pͥmo relucēte in habitu illo iprobatū eſt ſupra.
a.l. Aliter arguit̄ ſic. ¶ Septimo arguit̄ pro cōclōne ſic. Nullus pōt peccare niſi debitor iuſtitie:ſed in pͥmo inſtanti nō fuit angelus debitor iuſtitie.ergo ꝛc̄.maior pꝫ:qꝛ iuſtitia ꝛ peccatū ſunt ſic̄ habitus ꝛ priuatio.ꝓbatio minoris:qꝛ ſicut pꝫ per Anſel. in lib.de caſu diaboli.12.ꝛ.14.in pͥmo inſtāti nō accepit
a.l. Dico ad illud qd̄ iuſtitia eſt duplex. iuſtitiā. ¶ Nec iſtud valet.duplex enim eſt iuſtitia.ſ.acq̄ſita ꝛ infuſa:ꝛ de neutra ꝯcludit rō. Iuſtitia enim infuſa ſtatim amittit̄ vnico actu peccati.ergo iſta amiſſa nō poſ-
G ſet iſte amplius peccare:qꝛ nō eſt debitor iuſtitie cuꝫ non habeat iuſtitiā:ſilr ſarracenus qui nunq̄ꝫ habuit iuſtitiaꝫ infuſam nō eſſet debitor iuſtitie:ꝛ ꝑ ꝯñs nō poſſet pecca-
a.l. Silr nec de iuſtitia acq̄ſita,qꝛ iſta pōt amitti multis actibus iniuſtitie elicitis.ergo iuſtitia cuius debitor eſt homo ꝛc̄. re. Ideo de illa iuſtitia nō valet ar͡m. ¶ Itē manifeſtum eſt ꝙ ſi nō fuit in illo pͥmo inſtanti debitor iuſtitie:qꝛ non accepit eā:ſequeret̄ ꝙ ſemꝑ exiſtens in peccato mortali nunq̄ꝫ eſſet debitor iuſtitie:qꝛ nunq̄ꝫ accepit eaꝫ. Ideo de iſta iuſtitia nō valet arg͡m ſilr nec de iuſtitia acq̄ſita. Naꝫ iſta pōt amitti multis actibus iniuſtitie elicitis.nec ille q̄ nunq̄ꝫ fuit iuſtus moralr tenet̄ ad iuſte opari ſi non eſſet debitor iuſtitie:qꝛ nunq̄ꝫ iſtā accepit. ¶ Dico igit̄ ꝙ iuſtitia iſta rōne cuius debitor eſt hō vel angelus iuſtitie non
H eſt niſi potentia nālis voluntatis moderādi inclinationē naturalē:que eſt cōtra iuſtitiā infundēdā:ꝛ illud eſt libertas que nō eſt aliq̄d ſuꝑadditū voluntati:imo de ꝑ ſe rōne eius.dico igit̄ ꝙ illā iuſtitiā nālē.ſ.potentiā qua potuit cōſeruare iuſtitiā infuſam ſibi recepit angelus:ꝛ per ꝯñs potuit peccare in pͥmo inſtāti:ꝛ ideo debitor iuſtitie fuit. ¶ Ad Anſel.dico ꝙ nō accepit iuſtitiā ifuſaꝫ.ꝛ hoc dicit
a.l.5. Aug.11.ſuper geñ.ꝛ ponit̄ auctas in pñ.3.di.ꝛ eſt notāda.
¶ Alia rō eſt:due mutationes nō ſunt ſimul quaꝝ termi-
S nus ad quē vnius eſt terminus a quo alteri͂:ſed creatio ꝛ pctm̄ ſunt due mutationes illo mō ſe hñtes:qꝛ mala volitio vel pctm̄ ꝓſupponit eē qd̄ eſt terminus ad queꝫ crea-
a.l. qꝛ paſſiones que ꝛc̄. tionis.ergo non ſunt ſimul. ¶ Iſtud nō valꝫ.de paſſionibus ꝛ ſubiectis que conſequunt̄ ſe ſolum ordine nature quia pñt eſſe ſil̄ duratione.nā luna in eodē inſtanti temporis in quo accipit lumen a ſole diffundit ipſuꝫ in alias partes medij. ¶ Si tñ fiat vis de vocabulo mutationis:dico ꝙ peccatū in pͦ inſtanti tēporis nō eſt mutatio:ſed eſt
a.l. de mutatione. paſſio de genere paſſionis qꝛ mutatio eſt a pͥuatiōe in habitū vel econuerſo:que nō ſe cōpatiunt̄ in eodem inſtanti
I durationis:nec pͥus fuit duratione iſte habit͛ cuius pͥuatio eſt peccatū in volūtate angeli.ſi peccauit in pͥmo inſtanti: iō nō eſt mutatio:ſed eſt paſſio de genere paſſionis:de hͦ in 4.ͦ in mā de reſurrectione. ¶ Alia rō ponit̄ talis actio creature nō pōt eſſe in inſtanti.igit̄ in pͥmo inſtanti nō potuit hēre actū aliquē per quē peccaret.ꝓbatio añtis ꝑ rōneꝫ Ar.6.phy.vbi arguit ſic.Si aliqua v̄tus pōt mouere in inſtanti.ergo maior v̄tus pōt in minori q̄ꝫ in inſtanti.hͦ eſt impoſſibile:ſed oī virtute creata pōt eē maior ꝛ eſt. ergo nulla virtus creata pōt mouere in inſtāti. ¶ Dico ꝙ rō Ar.ꝓcedit in his in q̄bus pōt eſſe exceſſus in mēſura: ꝙ.ſ.ſi aliqua virtus mouet in aliquo tēpore dupla virtus mouebit in dimidia pte tēporis:ſed inſtās nō pōt excedi ab aliq̄ mēſura in paruitate:iō nō valꝫ:tñ de motu tenet argumētū Ar.qꝛ motus nec̄io hꝫ menſurā diuiſibilē cuꝫ ipſe ſit diuiſibilis:ꝛ ideo ſi mot͛ eēt in inſtāti:nec̄io iſtans eſſet diuiſibile.ḡ cōtingeret dare menſurā minorem.
Dis.43.q.5.art.3.
Tex.c6.39.ꝛ.90.
K
Vide ſubtilē ſumā reſolōnē dubitatōnis calculatorum.

Teneo igitur ꝙ potuit in pͥmo inſtanti hēre potentiā volitiuā perfectā:ꝛ nō limitabat̄ ad rectā opōnē:nō.n.habuit in ſcdo inſtanti magis determinās q̄ꝫ in pͦ.ḡ ꝛc̄.ꝛ hͦ potuit eſſe vt dcm̄ eſt:qꝛ in illo iſtāti potuit ſe amare amicitie amore vltra rectā rōnē.
L
¶ Tertio igit̄ ꝙ angelus in pͥmo inſtāti potuit fuiſſe miſer miſeria culpe.cuius rō eſt talis:potētia potens habere
a. opationē perfectā ꝛ nō limitat̄ ad aliquā opationē rectaꝫ pōt hēre ipſaꝫ nō rectā:ſed angelus in pͦ inſtāti habuit potentiā volitiuā perfectā:ꝛ iō volitionē ꝑfectā potuit hēre: ꝛ nō limitabat̄ ad opōnē ꝑfectā:ꝛ iō in pͥmo inſtanti potuit nō recte operari:ꝛ ita peccare:qꝛ illa bonitas intelligi-
a.l. opōnē intellectuā ꝑfectā. Iō volitione ꝛc̄.
l. bilis potuit immoderate amari.

De ſecūdo articulo. Utrū boni de facto beati in pͥmo inſtanti fuerunt:ꝛ mali damnati vel miſeri.dico pͥmo de malis ꝙ mali nō fuerūt beati in
M pͥmo inſtanti.ꝓbatio:qꝛ tūc nō fuerūt certi de beatitudine ſua.ſic eniꝫ poſtea nō cecidiſſent.ſed ſi non fuerunt certi de beatitudie nō fuerūt beati.Silr ſicut dicit Aug. 4.ſuꝑ geñ.nō pͥus diſcernebat de͛ bonos a malis q̄ꝫ cēnt diſcreti inter ſe.non ergo q̄ mali mō ſunt in pͥmo inſtanti fuerunt beati:qꝛ fuerūt creati vniformes boni ꝛ mali:nec erant in pͥmo inſtanti miſeri vel mali.vt pꝫ in lr̄a iſta.4.ͣ di.c.ſed hic magis:vt ēt dicit Augu.11.ſuꝑ geñ.vbi dī ꝙ de͛ nō eſt pͥus vltor q̄ꝫ aliq̄s peccator. ¶ Itē Iſa.14.dī de malo angelo.Quō cecidiſti lucifer q̄ mane oriebaris.ꝛ ponit̄ di.6.c.1.ergo pͥus oriebat̄ ꝛ luxit q̄ꝫ caderet. ¶ Itē Ezech.28.ꝛ ponit̄ vbi.ſ̄. In delitijs paradiſi fuiſti.ḡ non ſtatim cecidit:iō cōcludit̄ ꝙ mora fuit inter pͥncipiū creationis ꝛ dāationis.ꝛ eodē mō pꝫ de bonis in lr̄a diſ.iſta c.1.ꝛ ſilr diſ.3.c.illo.Alij aūt videt̄ ꝛc̄.vide ibi.

De tertio articulo quot fuerūt more ꝛ q̄re:cōiter dicit̄ duas fuiſſe moras:vna eſt in via:ꝛ alia in termino:nā ponit̄ ꝙ nō ſimul premiabant̄:ꝛ meruerūt nec boni nec mali. ¶ Sed vtrū pͥma mora in via fuiſſet vnica.dicit vnus doctor ꝙ vnica:qꝛ oēs angeli in pͥmo inſtanti tēporis diſcreti habuerunt grām per quā in eodē inſtanti potuerunt elicere actū meritoriū:ꝛ per ꝯñs in ſcdo inſtāti tēporis diſcreti potuerunt premiari ꝛ premiati ſunt boni:ſed mali in illo ſcdo inſtāti tēporis diſcreti poſuerūt obicē:ideo nō fuerunt premiati. ¶ Ratio ad hoc eſt:qꝛ gratia nō tollit naturā ſed perficit eam:ſed nā
a.l. Sed quot fuerunt more cōiter dī ꝛc̄. Quere ibi. Ben.bon.ꝛ vna.ꝓ.ſ.

angeli

angeli acqrit ſuaʒ pfectioneʒ naturalē ſine diſcurſu. ergo ꝛ pfectionē quā pōt acqrere per grām que eſt beatitudo acqrit ſine diſcurſu: q̄re ꝛc. mali aūt nō acqſierunt illam beatitudinē in ſcđo inſtāti: q2 poſuerūt obiceʒ. ¶ Cōtra illud: quicūqʒ ꝑ tota mora vie manet in merito: nečio in termino erit beat⁹. ꝛ hoc pʒ ex euāgelio Math. 24. vbi dī. qui pſeuerauerit vſqʒ ad finē hic ſaluus erit. in vltimo enī3 inſtāti vie in quo dbuit recipe beatitudinē nō potuit ponere obicē: alr illud inſtās nō fuiſſet terminus: ſed pro mora vie per te boni ꝛ mali fuerūt eq̄les in merito. g̊ ꝛ in premio. ¶ Dico ergo ꝙ boni ꝛ mali fuerūt adinuiceʒ diſcreti in via: alr nō fuiſſent diſcreti finali diſcretiōe in termino. ¶ In via ergo fuerūt nečio more due. pma in qua fuerūt vniformes in grā. ſi volum⁹ dicere ꝙ mali habuerunt grāʒ: vel vniformes ſalteʒ in nā. Scđa mora in qua adhuc in via exiſtes fuerūt difformes: ita. ſ. ꝙ iſti vltimate meruerūt: ꝛ iſti vltimate demeruerūt. 3ª mora fuit diſtinctio finalis vnius ab alio nečio. ꝓbabile eſt etiā ꝙ in ſcđa mora in qua fuerunt difformes in via fuerunt multe morule: q2 mali peccauerunt multis ſpeciebus peccati. ſ. ſuperbia: odio ꝛ inuidia: ꝛ iſti actus ordinate ꝛ nō in eodē inſtāti fuerūt eliciti: vt pʒ diſ. 5. in pncipio. ꝛ eſt ibi auctoritas Aug. Hoc iterū pʒ per illud Apoc. Fiebat preliū magnū in celo. ꝛ dī ibi ꝙ Michael fecit victoriā: que victoria cedebat in laudē bonoꝝ. hoc nō fuit niſi q2 peccatum maloꝝ angeloꝝ fuit incentiuū tentationis in bonis: g tentationē iſtaʒ vicerūt. cū igiť angelus bonus nō fuit pſcius futuroꝝ pus fuit elicitū peccatū a malo angelo añq̄ per ipſuʒ eſſet tentatio boni: ꝛ iō in ſcđa mora fuerunt multe morule elicite a malis. Sed de pma mora in qua fuerūt vniformes pōt ꝓbabilr ſuſtineri ꝙ in pmo inſtanti fuerunt vniformes in ſtatu nāe creati ſine grā. poſtea in ſcđo inſtanti erant in grā vniformes. ꝛ poſtea in tertio inſtanti vie mali multiplr demeruerunt: ꝛ boni multiplr meruerunt: ꝛ in 4° fuerūt in termino. ꝛ hoc vī rōnabile: q2 ſic experti erāt de oī ſtatu. ꝛ maiorē occaſionē habebāt īcēſiu eliciendi actū meritoriū poſtea cū ſimul habebāt gratiaʒ ex hoc ꝙ experti erant ꝙ ex nālib⁹ in pmo inſtāti hoc nō poterant. Uel pōt dici ꝙ pmo erant vniformes creati in grā. ꝛ in ſcđo inſtāti boni meruerūt: ꝛ mali demeruerunt ante terminū: q2 deus nō diſcernit eos anteq̄ fuiſſent inter ſe diſcreti. ¶ Nec valet qđ dicebať ſuperi⁹ ꝙ ſi ſteriſſent in ſcđo inſtanti debebāt recepiſſe beatitudinē: ꝛ ideo boni tūc fuerūt in termino: longior enim fuit via illoꝝ q̄ mora vnius inſtantis: ꝛ forte per duo vel tria ſeq̄ntia nō debebant hře beatitudinē. Si dicamus ꝙ tñ in pmo inſtanti erant vniformes in nālibus: ita ꝙ nūq̄ fuerūt vniformes in grā: tūc opʒ dici ꝙ in ſcđo inſtāti dabať gratia nō ponentib⁹ obicē: ꝛ tūc fuiſſet data malis ſi non appoſuiſſent obicem. Et bñ potuerūt ponere obicem reſpectu gratie recipiēde: ſʒ nō reſpectu premij recipiēdi in inſtāti in quo debuit recipi: q2 tūc nō eſt recipiens in via ſed in termino: ꝛ tunc ipſi demeruerūt ꝛ boni meruerūt omnes adhuc in ſtatu vie exiſtētes: ꝛ in termino iſti erāt beati mali ꝯo obſtinati: ita ꝙ nō credo ꝙ oīno pares ī via fuiſſent diſpares in termino. ¶ Sed quante ſunt iſte more dicit vnus doc. ꝙ dicunť eſſe inſtantia diſcreti temporis. dictū eſt aūt ꝙ nulla eſt neceſſitas ponendi tempus diſcretum. ſcđa diſ. huius. q. prima ꝛ 4ª. quere ibi.

Ad primum principale dico ꝙ cauſa efficacior nō nečio ꝓducit effectū eque cito: ſicut cauſa minus efficax: ſi illa efficacior ſit agens voluntariuʒ quale eſt deus reſpectu beatitudis. ¶ Ad 2ᵐ dico ꝙ dubiū eſt vtrū boni fuerūt in pmo inſtanti in grā. ¶ Et ad auctoritatē Aug. pōt dici ꝙ itelligit de gratia gratis data que nō facit ad ꝓpoſitū: vel eſto ꝙ fuerūt in grā grantū faciente in pmo inſtanti adhuc non valet ɔſña: q2 lʒ ſine diſcurſu ſtatī angeli habeāt beatitudinē nālē: tñ nō opʒ ꝙ ſtatim habeāt habita iſta grā ſupnālē: q2 diceret ꝙ eſt quedā diſpoſitio in fieri tñ non in facto eſſe remanēs requiſita ad beatitudinē ſupnālē3: ꝛ hę diſpoſitio eſt actus meritorius reſpectu beatitudis ſimplr: ideo nō ſit inſunt angelo. In nāli aūt beatitudine nō eſt hę diſpoſitio requiſita. ¶ Ad aliud de auctoritate Jo. 8. rñdet Augu. 11. ſuper Geñ. c. 31. ꝛ poniť diſ. 3. c. illo. Deide qualr v̄ba dominica. vbi dicit ſic. ꝙ ab initio homicida fuit ꝛ in veritate nō ſtetit: q2 ex quo homo cōditus fuit ipſuʒ per inuidiā in morteʒ precipitauit. vñ poſt initiū tēporis cecidit: vt ꝛ ibi dī pʒ: ꝙ homicida nō fuit in pmo inſtanti ſue creationis reſpectu hoīs queʒ tentauit. ꝛ quāuis ēt in pmo inſtanti ſue creationis malus nō fuit: ſed ſatis cito poſt: tñ bñ nunc dī ꝙ in veritate nō ſtetit ſimplr loquēdo. ¶ Ad rōnē factā in tertio articulo poſſet negari: ꝙ angelus ſequať oēʒ ſuā pfectionē naturalē ſine diſcurſu: nō eſt eniʒ neceſſe ꝙ ſit cognoſcat pncipiū ꝛ oēs cōcluſiones virtualr cōtentas in pn°: lʒ nō ponat annū vel dieʒ: vel nō tñ ſicut intellectus noſter pro ſtatu iſto. ¶ Uel eſto ꝙ nō diſcurrat ſi vnus actus meritorius ſufficit in vno inſtanti tñ ad hoc ꝙ angelus ſequať ſuā beatitudinē ſupernālē: quare ergo angeli mali nō habuerūt beatitudinē ex quo oēs in illo primo inſtanti eliciebant vnū actuʒ meritoriū ſm̄ illuʒ doc. non enim videť congruū ſm̄ iuſtitiā cōmutatiuā ꝙ viatores eliciant actus equales pro toto ſtatu vie. ꝛ ꝙ vnus pmieť in termino ꝛ alius nō. Ideo dico ꝙ vnum opus ſupnaturale ꝛ vnus actus meritorius nō eſt ſufficiēter īductiuus ex congruo beatitudinis ſupnaturalis: ſi enim diſpoſitio naturalis eſt ꝙ operādo hoc poſt hoc acqrať beatitudo naturalis: multo magis requiriť in gratia que eſt diſpoſitio reſpectu beatitudinis ſupernālis operatio huius poſt hoc in acquirendo beatitudinem ſupernaturalem.

¶ Preterea ſcire oportet ꝛc.

Circa iſtam diſtinctioneʒ 6ᵃᵐ in qua magiſter agit de angeloꝝ malorum auerſione queruntť duo. pmum eſt. Utruʒ angelus malus potuerit appetere equalitateʒ dei. Qꝫ nō: intellectus intelligendo ſummū verū nō errat. ergo nec voluntas amādo ſummū bonū peccat. ergo appetens equalitatem dei non peccaret. ergo angelus in pmo actu peccandi non potuit appetere ſummum bonū.

¶ Contra magiſter in littera.

Dicitur ꝙ nō potuit equalitatē iſtam appetere. ad qđ videnť eſſe quatuor rōnes. ¶ Prima q2 nō peccauit ex paſſione. pʒ. nec ex ignorātia: quia pena nō preceſſit culpā. igiť ex electione: ſʒ electio nō eſt īpoſſibiliū. ex 3° ethi. angelū aūt eſſe equalē deo eſt īpoſſibile. ergo ꝛc. ¶ 2ª. Angelū eſſe equalē deo includit contradictionē. ergo nō includit aliquā rōnē entis. ergo nō ɔtineť aliquo modo ſub pmo obiecto volūtatis vel intellectus. ergo non eſt aliquo modo volibile. ¶ 3ª. Nihil poteſt voluntas velle niſi qđ eſt preintellectum. ergo angelum eſſe equalē deo oportuit eſſe preintellectū: vel preoſtēſuʒ ab intellectu: aut igiť ab intellectu errante: ꝛ tūc pena fuiſſet ante culpā: vel ab itellectu nō errante ꝛ hoc eſt impoſſibile: q2 intellectus nō errās nō pōt oſtēdere illud qđ includit ɔtradictionē. ¶ 4ª ꝛ videť eſſe rō Anſel. de caſu diaboli. c. 4. angelū eſſe equalē deo includit angelū nō eſſe: q2 angelus non pōt eſſe angelus niſi ſit inferior deo: ſed nullus poteſt appetere ſe nō eſſe per Aug. 3. de lib. ar. ergo nullus inferior deo poteſt appetere equalitateʒ dei.

a. l. Sʒ mali i 2° inſtāti poſuerūt obiceʒ

h plus in alio originali vide p totū. M.

N

83.

Ponit mēſurā p mēſurātor: ɔſiderās q2 ſic ordo ē ꝓbabilior ſed nō demōſtrabilis a priori.

O

P

a. l. que. Uide clarius in q. pcedēti de moris.

Una ibi menſura eſt q̄ in reſpectu o2°

Q

h plus q̄ in alio p totum.

a. l. Ad ſcđm illius opi. cuꝰ dicit ꝛc.

R

a. l. Circa 2ᵐ principale. ſ. auerſionē maloꝝ querunt duo. pᵐ e ꝛc.

Tho. 1. parte ſ. q. 63. ar. 3. Uide vva. ꝛ Bona. 1. c. 5.

M xa q ſtud eſt arᵐ diſcipuli ibidē ad qđ rñdet Anſel. ɔñe.

¶ Anſel. etiã de ſimilitudinibus.c.6. Si beato petro par eſſe volueris: eris in gloria dei: q2 vt Petrus ſis in pſona eius et non poteris. Nam hoc ſi velles teipſum nihil eſſe velles: quod velle nequibis.

Quia tamen iſte rõnes nõ cogunt põt alr̃ ad q. rñderi. ſ. q angelus potuit appetere
A re equalitatẽ dei: qd pſuadet pmo ſic. q2 volũtas hʒ duplice actũ amandi. ſ. amore amicitie: et actũ cõcupiſcendi aliqd amato: et ſm vtrũqʒ actũ hʒ totũ ens pro obiecto: ita q ſicut qdcũqʒ ens poteſt ipſe amare amore amicitie: ita quodcũqʒ ens poteſt concupiſcere ipſi amato. igitur cũ angelus potuerit ſe amare amore amicitie: potuit ſibi cõcupiſcere omne bonũ cõcupiſcibile: et ita cũ equalitas dei ſit bonũ qddã cõcupiſcibile ſm ſe ſibi potuit illud bonum cõcupiſcere. ¶ P. Si equalitas dei eſſet poſſibilis angelo poſſet angelus iſtam cõcupiſcere ſibi. planũ eſt: ſʒ
Ethi. 3. c. 38. 73. ipoſſibilitas hui9 nõ phibet qn poſſet angelus hoc velle: q2 volũtas põt eſſe ipoſſibiliũ ſm phm. 3. ethi. et Damaſ. ¶ Hoc et̃ pbat: q2 damnati odiũt deũ ex illo pſal. Superbia eoꝝ qui te oderunt etc. odiens aũt vult odiũ nõ eẽ ſʒ phm 2° rhetori. ergo volũt deũ nõ eſſe: ſed hoc eſt ipoſſe in ſe et incõpoſſibile. g ipoſſibilitas iſtius appetibilis non phibet qn poſſet appeti a volũtate peccante. Hoc etiam cõfirmat: q2 volũtas peccans potuit velle deũ nõ eſſe: et potuit g cũ hoc velle illũ gradũ: et illã eminentiã dei eſſe in aliquo. g potuit velle eã eſſe in ſe ſicut in alio: et ita potuit velle ſibi eminẽtiã dei. ¶ P. ſm Aug. 83. q. q. 30. voluntas põt vti fruendis et frui vtendis. ergo põt frui ſe: cũ ergo nõ debeat frui niſi ſũmo bono et põt frui ſe põt ſibi cõcupiſcere tãtũ bonum quãtum bonum poteſt concupiſcere ſummo bono: et hoc eſt equalitas diuina.

Nõ ponit in angelo duo quere reponitiones.
Reſpondeo ad qõnẽ et dico q actus volẽdi duplex eſt ſimplex et ſub cõditiõe: vel ſub alijs verbis q eſt volitio efficax et volitio cõplacentie. Exemplũ. Alio mõ infirmus ſperans ſanitatẽ vult ſa-
B nitatẽ: et alio mõ infirmus deſperãs de ſanitate. vult eniʒ ſanitatẽ pmus: q2 ſperat ſanitatẽ ſibi poſſibilẽ: et hʒ reſpectu eius volitionẽ efficacẽ et imperatiuã medijs inducẽtib9 ſanitatẽ. Sed deſperãs vult volitione cõplacentie: ſʒ non volitione efficaci: q2 nõ querit media inducentia ſanitatẽ pro eo q nõ exiſtimat illaʒ poſſe ſibi acqri. et iſta volitio ſcda, que eſt ſolũ cõplacẽtie: põt eſſe ipoſſibiliũ: et hoc ſufficit ad meritũ et dmeritũ: q2 et ſi ſit ipoſſibile: tñ põt cõſentire illi pleno cõſenſu: et iſta volitione potuit angelus ap-
C petere equalitatẽ diuinã. Sed de pma volitione que efficax eſt: dico q angelus non potuit appetere: ſimplici tñ volitione potuit ſibi cõcupiſcere tãtũ bonũ et tãto deſiderio quãto cõcupiſceret ſi eſſet ſibi poſſibile.

Ad argumenta pro opinione. ¶ Ad pm dici põt q electio equiuoce accipitur. Uno mõ pro actu voluntatis cõſequẽte plenã appre-
D henſionẽ intellectus: qũo dicit quis peccare ex electione: qñ nõ eſt paſſio perturbãs intellectũ nec eſt ignorantia. Alio mõ p actu volũtatis cõſequẽte cõclonem ſyllogiſmi practici: que electio nõ eſt niſi volitio efficax obiecti que eſt ad inquirendũ mediũ per qd poſſit obm attingi. pmo mõ electio eſt ipoſſibiliũ: ſicut dicit phs 3° ethi. q volun-
c. 5. Et ſmortalitas. tas eſt impoſſibiliũ: nõ tñ voluntas errans: ſed voluntas pſuppoſita plena apprehẽſione itellectus. 2° mõ electio nõ eſt ipoſſibiliũ: q2 nullus de ipoſſibilib9 ſyllogizat practice. Syllogiſmus enim practicus ex fine cõcludit illud qd eſt ad finẽ: vt per illud qd eſt ad finẽ: deueniat ad finẽ: et talis diſcurſus nũqʒ habet de impoſſibili. Uel planius dici põt: q electio vno mõ preciſe dicit volitionẽ cõſequẽtem plenam apprehenſionẽ. Alio mõ volitionẽ efficacẽ ſequentem ſyllogiſmuʒ practicũ. pmo mõ põt eſſe cuiuſcũqʒ: cui preſupponit notitia pfecta obiecti. ſcdo mõ non põt eſſe alicuius niſi ad cuius eſſe operat volũtas qñtum põt: q2 nihil vult efficaciter niſi ad qd diſponit media p que põt deduci: et talis volitio efficax nũqʒ eſt alicuius impoſſibilis: nullus eniʒ cõſiliat de ipoſſibilib9 nec precipit intellectui practico ad ingrendũ media ad illud: et hoc mõ hʒ intelligi verbũ phi. Electio nõ eſt impoſſibiliũ. B 3. c. 6. ethi. E
et̃ mõ angeli nõ peccauerũt ex electione: hoc eſt ex volitione efficaci per quã vellent niti ad cõſequẽdũ ppoſitũ in pugnando: et ſurripiendo ſibi eminentiã dei: potuerunt tñ peccare ex electione: hoc eſt ex non ſurreptione: ſed ex pfecta volitione illius equalitatis. ¶ Ad 2m dico q ſicut eſt duplex intellectio. ſ. abſoluta et cõparatiua: et abſoluta qdẽ nõ eſt niſi alicuius obiecti ſimplicis cõtenti ſub obo intellect9 et cõparatiua: ſiue collatiua põt eſſe ad qdcũqʒ: et hoc ſiue iſta cõparatio ſit poſſibilis ſiue ipoſſibilis: non eniʒ intellectus tñ componit ppoſitiones poſſibiles ſed ipoſſibiles: ita et̃ aliq volitio eſt abſoluta: et illa nõ eſt niſi alicuius obiecti ſimplicis cõtenti ſub pmo obiecto volibili. Aliqua eſt comparatiua: et ita põt comparare qdcunqʒ volibile ſimplex ad qdcũqʒ: ſʒ in illa cõparatione includat cõdictio. ¶ De pma volitione loquẽdo hoc cõplexũ non eſt volibile: q2 nõ eſt aliqd ſimplex includens in ſe rõneʒ pmi obiecti: ſed tñ eſt quedã habitudo obiecti ſimplicis F
ad aliud obm: quoꝝ vtrũqʒ obiectũ ſimplex eſt p ſe volibile. nã et illud qd vult et illud cui vult eſt per ſe volibile: qñ ergo dicis: q hoc totum nõ includit in ſe rõneʒ primi obiecti ſui: falſuʒ eſt loquendo de partibus totius: vtraqʒ eniʒ ps. ſ. qd et cui: per ſe includit in ſe obiectũ volũtatis: et hoc ſufficit ad hoc q volũtas velit vnã partẽ in ordie ad aliã ſicut ad hoc q intellectus cõponat qdcũqʒ ſimplex cuicunqʒ ſimplici ſufficit q vtrũqʒ ſimplex poſſit per ſe apprehendi ab intellectu. ¶ Ad 3m dico q intellectus ſimplex põt apprehendere equalitatẽ dei ſine errore: et ſuffi- G
cit ſola ſimplex apprehẽſio ad hoc q appetitus appetat illud apprehenſuʒ alteri: ſicut intellectus apprehẽdens albedinẽ et apprehẽdens coruũ põt velle albedineʒ coruo: equalitas aũt dei põt apprehendi ſine errore: q2 in aliquo eſt ſine errore: nã filius dei eſt equalis patri. et ille põt apprehendi: vel ſi nihil eſſet equale: adhuc equalitas poſſet apprehendi abſolute. nec in apprehẽſione illa ſimplici eſt error: nec aliqua falſitas: et tñ illa apprehẽſio ſimplex ſufficit ad volitionẽ illi9 ſimplicis cuicũqʒ itellecto et amato. ¶ Si igit arguas a quo itellectu B oñdit: errãte vel nõ errãte: dico q a nõ errãte ſʒ ſimplici cui9 nõ ẽ errare nec verũ dicere: iſte enim ſunt cõditiones intellectus cõponẽ- Nota ſubaliter
tis et diuidentis: et nõ opʒ intellectũ ante appetere: hoc cõponere cũ hoc vel diuidere hoc ab illo: ſed ſufficit voluntatẽ cõparare hoc ad illud: q2 voluntas eſt vis collatiua ſicut intellectus: et per cõñs potens cõferre quecũqʒ ſimplicia ſibi oſtenſa ſicut intellectus põt. ¶ Ad 4m põt dici q voluntas poſſet velle cõſequẽter ſe nõ eſſe: quia quilibet peccans mortalr̃ vult aliqd in quo nõ vult ſubeſſe deo: et in hoc ex cõſequẽti vult ſe nõ eſſe: q2 nõ põt eſſe niſi ſubſit deo. ¶ Tamen ad formã argumẽti põt dici q nõ opʒ q velit cõñs: et ſi vult añs qñ cõſequẽs nõ eſt de per ſe intellectu antecedẽtis: ſicut ponit exemplũ q aliqs põt appetere epiſcopatũ nõ volẽdo ſacerdotiũ: cuius rõ eſt iſta: q2 ſicut ad ſcire añs nõ ſequit ſcire cõſequẽs niſi ſciatur cõñtia huius ex illo: ita ex velle añtis nõ ſequit velle cõſequentis: niſi ſit velle huius cõſequẽtie: ſi enim vel neſciat cõſequẽtia vel nõ ſit velle cõſequẽtie nõ opʒ ppter velle antecedẽs velle cõñs: nunc aũt in pposito cõſequẽs nõ eſt de intellectu antecedentis: nec ſi eſſet: eſſet per ſe iſta habitudo

Doctrina pñ 2. phy. t. c. 13 dictus q dẽmonſtrabẽtium non eſt mendacium H

bitendo cognita vel volita:ꝛ ita pōt nō velle conſequens. ❡ Ad illud Anſel.ꝛ de ſimilitudinibus dī ꝙ non pōt ꝗs ordinate velle ſe nō eſſe:q2 ordinata voluntas nō eſt volendo aliquid ꝛ nō volendo illud qḋ neceſſario ſequitur ad ipſum: ſiue ſit ſibi intrinſecum ſiue non: ſed de voluntate non ordinata non oportet.

Ad primū principale dico ꝙ itellectus intelligēs ſūmū ver̄ de aliquo nō ſummo vero errat: ſicut intelligēdo lapidē eſſe ſūmū ver̄: non tū errat intelligendo lapidē in ſe intellectione ſimplici: vel intelle
I ctione collatiua intelligendo illud cui ipſuz ꝯuenit: ita voluntas volendo ṗmū bonū volūtate ſimplici complacendo nō errat. nec volēdo illud alicui: cui illud bonuz cōuenit: nō aūt congruit niſi ipſi ſoli: ꝛ ideo volendo illud cuicūq3 alij a ſe quaſi volitione collatiua errat.

SEcundo quero vtruz ṗmū peccatuz angeli formalr̄ fuit ſupbia: Et ſic. Aug. 14. de ciui. dei. c. 13. Male volūtatis initiū qd potuit eē niſi ſupbia. ꝛ ꝓbat per illud ſcripture. Initiū oīs peccati ſuper
Eccli. 10. bia ꝛc. ❡ P. In eodē. c. elationis vitiū in diabolo maxie damnari ſacris lr̄is edocet̄. ❡ P. In can. Io. oē qḋ eſt in mundo: aut eſt cōcupiſcentia carnis: aut ꝯcupiſcentia oculoꝝ: aut ſuperbia vite: nō peccauerunt ꝯcupiſcentia oculoꝝ nec ꝯcupiſcētia carnis. g̃ ꝛc. ❡ P. Per viā diuiſiuā: q2 nō potuit ṗmo peccare per aliqḋ nolle: ꝛ per ꝯn̄s non ṗmo per irā nec per auaritiā: ꝛ probat̄ añs: q2 omne nolle preſupponit aliqḋ velle. nec peccauerunt aliquo velle inordinato circa tēporalia: nec peccato carnis: q2 talia nō ſunt eis appetibilia. ergo per diuiſionē exclusis alijs ſeq̄t̄
Ps. ꝙ peccauerūt per ſupbiā. ❡ P. Pſal. ſuperbia eoꝝ q te oderūt ꝛc. ſed nō peccauerunt niſi vnico peccato: q2 alr̄ peccatū eoꝝ fuiſſet remediabile: q2 nec peccauerūt ſimul pluribꝰ peccatis: q2 volūtas nō pōt bēr ſimul duos actus ꝑfectos: ſicut nec intellectus. igit̄ ſi peccauerūt pluribus peccatis: peccauerunt vno poſt alterū: ꝛ ita in illo inſtāti 2° potuerunt penitere: ꝛ ita peccauerūt poſt ṗmū inſtans: qḋ tenet̄ cōiter pro incōuenienti: q2 tenet̄ cōiter ꝙ peccatū eoꝝ fuerit irremediabile. ❡ Oppoſitū. peccatū eoꝝ fuit maximū: q2 irremediabile: ſupbia nō eſt maximum peccatū: qḋ pꝫ per eiꝰ oppoſitū qḋ nō eſt maximū bonū. Tum q2 humilitas pōt eē informis: charitas aūt non. g̃ eſt humilitas minꝰ bona. Tum q2 loquēdo de virtutibꝰ moralibus: humilitas eſt quedā tēperātia: oīs aūt temperan
ca. 7 infra. tia eſt minus ꝑfecta virtus ꝙ̄ amicitia que eſt ꝑfectiſſima virtus ſub iuſtitia. 8. ethi. ❡ P. Superbia cōſiſtit in iraſcibili. nullus aūt actus iraſcibilis pōt eē ṗmus ſimplr̄: q2 iraſcibilis eſt ꝓpugnatrix cōcupiſcibilis: ideo paſſiōes iraſcibilis oriuntur ex paſſionibus cōcupiſcibilis. ❡ P. Superbia vr̄ eē appetitus excellentie: q2 ſm̄ Aug. 14. ciui. dei. qd eſt ſupbia niſi peruerſe celſitudinis appetitꝰ: ꝛ per ꝯſequēs excellentia reſpectu aliquoꝝ quibus alijs excellat: ſed nō ṗmo appetebat aliqd in ordie ad alios: ſꝫ ṗmo appetebat aliquid in ſe ꝙ̄ in cōparatione appeteret ad alios: ſicut nihil eſt ad alteꝝ niſi qḋ prius eſt ad ſe: ita nullus appeteret aliqd in ordine ad aliud niſi q2 ṗmo appetit ſibi: ꝛ p ꝯn̄s ṗmo appetebat ſibi illā. ❡ P. Inferiores demones nō vident̄ appetiuiſſe dn̄ium diſcōueniens. nec ēt conſenſiſſe dn̄io luciferi: q2 magis videt̄ probabile ꝙ magis appetierunt ſubeſſe deo ꝙ̄ lucifero. igitur ṗᵐ peccatum eorum nō fuit ſuperbia.

In iſta qōne tenet̄ cōiter pars affirmatiua propter argᵐ diuiſiuum ad ṗmā ptē3. ❡ Sed ad videndum veritatem queſtionis primo eſt oſtendendum que fuit malitia in ṗmo angelo peccante: ꝛ ſcḋo ad qḋ genus peccati pertinebat iſta malitia.

Circa primū videndū eſt de ordine actuū volūtatis. ❡ Et circa hoc dico ꝙ eſt in cōmuni duplex actus volūtatis. ſ. velle ꝛ nolle: nolle eniz A
eſt actus poſitiuus volūtatis quo fugit diſconueniēs ſeu reſilit ab obiecto diſcōueniēte: velle eſt actus ꝗ̄ acceptat obm̄ aliqḋ cōueniens: ꝛ eſt vlterius duplex velle qḋ pōt nolari amicitie ꝛ cōcupiſcētie. ꝛ dicat̄ velle amicitie eē iſtius obiecti cui volo bonū: ꝛ velle ꝯcupie eē iſtius obi qḋ volo alicui alij amato. ❡ Iſtoꝝ aūt actuū pꝫ ordo: q2 oē nolle ṗſupponit aliqḋ velle. a nullo eni refugio: niſi q2 nō pōt ſtare cū aliquo qḋ accepto tanq̄ cōueniens. Et hoc dicit Anſel. de caſu diaboli. c. 3. ponēs exemplū de auaro nummo ꝛ pane. Et iſtoꝝ duorum velle pꝫ ordo: q2 ꝯcupia ṗſupponit illud velle amicitie: cū eniz amatū ſit reſpectu a. l. amicitia.
ꝯcupiti. q. finis cui volo bonū: nā pp amatū ꝯcupiſco ſibi bonū qḋ ſibi volo: ꝛ cū finis volūtatis habeat ṗmā rōnē obiecti voliti pꝫ ꝙ velle amicitie precedit velle ꝯcupie. B
❡ Et iſto ꝓbato ſequit̄ vlterius ꝙ ſilr̄ eſt ꝓceſſus in a. l. in actibus
velle ꝛ nolle deordinatis: nullū eniz nolle eſt ṗmus actus volūtatis de
deordiātus volūtatis: q2 nō poſſet hēe nolle niſi reſpectu ordinatis.
vel in virtute alicuius velle: ꝛ ſi velle eſſet ordinatū acceptando obiectū cū circūſtātijs debitis nolle qḋ habetur a. l. ꝯn̄s.
ꝯn̄ter: ſilr̄ eſſet ſibi ordinatū. nā ſi ordinate amo ordinate odio nociua amati eodē mō ſi velle amicitie eſſet ordinatū velle ꝯcupie ꝯn̄s ad illud eſſet ordinatū. nam ſi ordinate amo illud cui volo bonū: ordinate cōcupiſco ſibi boᵐ. Sequit̄ igit̄ ꝙ ſimplr̄ actus ṗmus inordinatus voluntatis fuit ṗmū velle amicitie reſpectu eius cui voluit bonū. hoc aūt obiectū nō fuit deus: q2 nō potuit deū inordinate C
ex intēſione amare amore amicitie. nā deus eſt tale amabile qḋ ex ſola rōne ſui: vt obm̄ eſt dat cōpletā rōnē bonitatis actui ꝑfecte itenſo. Nec eſt veriſimile ꝙ aliqd aliḋ a ſe nimis intenſe dilexit actu amicitie. Tu3 q2 inclinatio nālis magis inclinauit ad ſe ꝙ̄ ad aliqd aliud creatuz ſic amandū. Tum q2 nō videt̄ ꝙ aliqd aliud creatū a ſe ſic intellexerit ſicut ſe. ergo ṗmus actus inordinatus fuit actꝰ amicitie reſpectu ſuiipſius. ꝛ hoc eſt qḋ dicit Aug. 14. de c. vltimo.
ciui. dei: ꝙ duo amores fecerunt duas ciuitates. ciuitatem dei amor dei vſq3 ad cōtemptuz ſui: ꝛ ciuitatem diaboli amor ſui vſq3 ad cōtemptū dei. Prima igit̄ radix ciuitatis diaboli fuit inordinatus amor amicitie ſui que radix germinauit vſq3 ad cōtemptū dei: in quo eſt conſumata iſta malitia. ſic pꝫ de inordinatione ſimplr̄ ṗma que fuit ſimplr̄ in ṗmo velle inordiato. ❡ Reſtat nūc videre de inordinatione ipſius velle cōcupiſcētie. ❡ Et vr̄ ibi doꝫ ꝙ ṗmo cōcupierunt ſibi imoderate beatitudinē: qḋ probat̄ ṗmo ſic. nā ṗmū cōcupiſcere inordinatū non ꝓceſſit ex affectione iuſtitie: ſicut nec aliqḋ peccatū ꝓceſſit ex illa affectione ergo ꝓceſſit ex affectiōe cōmodi: q2 oīs actꝰ voluntatis elicitus aut elicit̄ ſm̄ affectionē iuſtitie aut cō De caſu dia
modi ſm̄ Anſel. maximū igit̄ cōmodū maxime appetit̄ boli. c. 4. que
a volūtate nō ſequēte regulam iuſtitie. ꝛ ita ṗmo: q2 nihil re ibi.
aliud regulat illā volūtatē nō rectā niſi inordinatus appe a. l. ꝛ per ꝯn̄s
titus ꝛ imoderatus illius maximi cōmodi: maximū autē ṗmo.
cōmodū eſt beatitudo ꝑfecta. Et hec rō habet̄ ab Anſel. de caſu diaboli. c. 4. quere in textu. ❡ 2° ꝓbat̄ hoc: q2 ṗᵐ peccatū in cōcupiſcēdo fuit aliqḋ velle: nihil eniz refugit a. l. ꝯtingat.
a ſe: hoc eſt ne aliqd ſibi ꝯtingat niſi q2 cōcupiſcit oppoſitū ſibi: aut igit̄ illud cōcupiuit amore honeſti vel vtilis aut delectabilis: q2 nō eſt niſi iſte triplex amor quo aliqd D
amat̄: nō amore honeſti: q2 tunc nō peccaſſet: nec amore vtilis: q2 ille nō eſt ṗmus amor: ex q̄ eni vtile eſt ad aliqd vtile, nullus ṗus ꝯcupiſcit vtile ꝙ̄ illud ad qḋ eſt vtile. g̃ ṗmo peccauit amando aliqd exceſſiue tanq̄ delectabile

ſummū:delectabile aūt ſūmū eſt bonū boneſtū inq̄tum boneſtū vt ipſa beatitudo vnde talis.igiť ꝛc̄. Jſta rō pōt
a.Limule ꝛc̄. accipi a pħo.8.ethi.ꝛ ex illa diſ.cōmuni boni vtilis boneſti ꝛ delectabilis. ℂ 3° hoc ꝑſuadeť ſic:qꝛ ois potētia appetitiua ꝯñs in actu ſuo actum apprehēſiue pⁱmo appetit delectabile ꝯueniētiſſimū ſue cognitiue:vel delectationē in tali delectabili:qꝛ in tali appetibili maxie quietať:qđ pꝫ de appetitu ꝯſequēte apprehēſionē guſtus vel audit⁹ vel tactus:qꝛ quilibet talis maxime appetit obm cōueniētiſſimū potētie cognitiue:cuius actū ſequiť in appetendo. igiť voluntas ſeparata ab oī appetitu ſenſitiuo.pⁱmo oīno appetit illud qđ eſt cōuenientiſſimū intellectui:cuius cōuenientiā ſequiť illud appetere:vel pⁱmo appetit delectationē in tali obiecto:ꝛ ꝑ ꝯñs beatitudinē includentē tale obm ꝛ actū ꝛ delectationē ꝯñtē. ℂ 4° hoc perſuadetur ſic. Jllud eniꝫ pⁱmo appetiť a volūtate nō regulata per iuſtitiā:qđ ſi eſſet ſoluꝫ appeteret:ꝛ nihil aliud ſine eo.tale eſt delectatio.nō enim excellētia vel qđcūqꝫ aliud ſi eſſet triſte/appeteret:ſed delectatio vel aliqđ tale appeteret.

ℂ Quātū igiť ad iſtū ſcꝫ gradū.ſ.q̄ꝫtū ad peccātū ange
E li videť ꝙ pⁱmo cōcupiuit beatitudinē:qꝛ ſicut peccatum pⁱᵐ appetitus viſiui eſſet in appetēdo pulcherrimū viſibile ꝯuenientiſſimū ſue cognitiue ꝛ ſibi in quo ꝑfectiſſime delectareť.ita volūtatis coniuncte appetitui ſenſitiuo qñ ipſa nō ſequiť iuſtitiā nec regulā rōnis:vł pⁱmū appetibile eſſe aliqđ ſūme delectabile illi appetitui:cui voluntas maxie cōformať in agēdo:ꝛ iō in hoībus ſm diuerſitateꝫ cōplexionū eſt diuiſum appetitiuū ſenſitiuoꝝ:ꝛ ſiquidem quelibet cognitiua hꝫ ꝓpriū appetitū:tunc ſm diuerſitatē cōplexionū eſt diuerſitas diñ in cognitiuis diuerſis ꝛ in eoꝝ appetitiuis:in quolibet inq̄ꝫ volūtas ſm predominiū appetitus ſenſitiui maxie inclinať ad actū eius:ꝛ ideo qdā ſequētes inclinationē pⁱmā ſine regula iuſtitie pⁱ inclinanť ad luxuriā,qdā pⁱmo ad ſupbiā.volūtas ḡ ſeparata ab oī appetitu ſenſitiuo:ꝛ ꝑ ꝯñs ad nihil inclinata ꝓp inclinationē appetit⁹ ſenſitiui ipſa deſerta a iuſtitia ſequeť abſolutā inclinationē volūtatis vł voluntas eſt:ꝛ iſta vł ad maximū cōueniens volūtati ſiue potētie cognitiue.nā in quo perficiť maxie cognitiua,in illo ꝑficiť maxie appetitiua corrńdēs illi cognitiue.fuit igiť imoderata cōcupiſcentia beatitudinis:qꝛ beatitudo eſt obm beatitudinis.

Et ſi arguas cōtra iſtud pⁱmo:qꝛ ſꝫ Augᵘ.13.trini.c.5. beatitudo ab oībus appetiť. Qđ aūt in oib⁹ eſt
Argumenta ſubtilis apparentie. vniformiter vł eſſe nāle.igiť beatitudo nāliter appetiť. appetitus aūt nālis ſemꝑ eſt rectus:qꝛ a deo.igiť ꝛ volū
F tas ſibi cōſona ſemꝑ eſt recta:qꝛ qđ cōſonuꝫ eſt recto:eſt rectū.ergo in appetēdo beatitudinē nullus peccat. ℂ P̄.
Tex.cō.1. Nullus intellect⁹ errat circa pⁱma pⁱncipia.2° metaᶜᶜ.ergo nec volūtas circa vltimū finē.ꝯñtia ꝓbať per illā ſimilitu
Tex.cō.8.9. c.12. c.26.ꝛ.44. dinē pħi ex 7° ethi.ꝛ.2.phy.ſicut pⁱnᵐ in ſpeculabilib⁹:ita finis in agibilibus vel opabilibus. ℂ P̄. Boni habuerūt affectionē cōmodi ſicut mali ſm Anſel.de cōcor.voluntas cōmodū non velle nequit.igiť ita volunt cōmodū boni ſicut mali,igitur omnes equaliter peccauerunt ſi ex affectione cōmodi peccauerunt.ergo.

Ad videndū ſolutionē iſtaꝝ rōnū diſtinguo qd poſſit intelligi per iſtas affectiones
c.4. iuſtitie ꝛ cōmodi:de qbus loquiť Anſel.de caſu diaboli.
G Juſtitia pōt intelligi vel infuſa que diciť gratuita.vel acqſita que dł moralis.vel innata que eſt ipſa libertas voluntatis.ſi eniꝫ itelligereť ſm illā fictionē Anſel.de caſu diaboli:quere ibi ꝙ eſſet angelus tm̄ hñs affectionē cōmodi ꝛ nō iuſtitie:hoc eſt hñs appetitū intellectiuum mere:vt appetitū talē:ꝛ nō vt liberū.talis angelus nō poſſet non velle cōmoda:nec ēt nō ſumme velle talia nec iputareť ſibi in pctm̄:qꝛ iſte appetitus ſe haberet ad ſuā cognitiuā ſicut mō appetitus viſiuus ad viſuꝫ ne[c]io ꝯſequēdo oſtēſionē iſtius cognitiue ꝛ inclinationē ad optimū oſtenſuꝫ a tali potētia:qꝛ nō hñet vñ ſe refrenaret. Jlla igiť affectio iuſtitie q̄ eſt pⁱma moderatrix affectionis cōmodi ꝛ q̄ꝫtuꝫ ad hoc ꝙ nō opꝫ volūtatē actu appetere illud ad qđ inclinat affectio cōmodi.nec ēt appetere ſūme,illa inq̄ꝫ affectio iuſtitie eſt libertas innata voluntati:qꝛ ipſa eſt pⁱma moderatrix affectionis talis.Et lꝫ Anſel.frequēter loquatur nō tm̄ de actu iuſtitie:que eſt infuſa/ſed acqſita:tm̄ ibi vł loqui de infuſa:qꝛ illaꝫ dicit amitti ꝑ peccatū mortale:qđ nō eſſet verū niſi de iuſtitia infuſa:tm̄ diſtinguēdo ex nā rei duas rōnes pⁱmas iſtaꝝ rōnū inq̄ꝫtū altera inclinat voluntatē nāliter ꝛ ſūme ad cōmodū.altera aūt q̄ſi moderať eā in eliciendo actū oporteat eā ſequi inclinationē eius,nihil aliud ſunt iſta q̄ꝫ eadē volūtas inq̄ꝫtū eſt appetitus intellectiuus nude ꝛ vltra hoc inq̄ꝫtū libera:qꝛ ſicut dictū eſt inquātū eſt mere appetitus itellectiuus ſumme inclinareť actualr ad optimū itelligibile ſicut eſt de optimo viſibili ꝛ viſu:tm̄ inq̄ꝫtū libera eſt pōt ſe refrenare in eliciendo actū ne ſequať iſtā inclinationeꝫ nec q̄ꝫtum ad ſubam actus:nec q̄ꝫtū ad intenſionē ad quā potētia nālr inclinať.potentia aūt aliqua ſi fuiſſet appetitiua ꝑciſe ſequēs in actu ſuo inclinationē eius ſicut appetitus viſiuus ſequiť viſuꝫ ꝛ eius inclinationē:tūc lꝫ illa nō poſſet appetere niſi intelligibile ſicut appetit⁹ viſiuus nō pōt appetere niſi viſibile:tm̄ nō poſſet tunc peccare:qꝛ non eſſet in poteſtate eius aliud nec aliter appetere q̄ꝫ cognitiua oſtēderet ꝛ inclinaret. Jpſa eadē facta iaꝫ libera(qꝛ nihil aliđ eſt niſi ꝙ vna res icludat v̄tualr plures rōnes ꝑfectionales q̄ꝫ includeret ſi eſſet ſine rōne libertatis)per rōneꝫ libertatis pōt ſe moderari in volēdo:ꝛ quātum ad hoc qđ eſt nō velle illud ad qđ inclinat affectio cōmodi:ꝛ q̄ꝫtum ad hoc qđ eſt nō ſūme velle illud ꝛ ex quo pōt moderari teneť moderari ſm regulā iuſtitie:que accipiť ex volun-
tate ſupiore. ℂ Scđm hoc ḡ pꝫ ꝙ volūtas libera nō teneť oī mō velle beatitudinē quo voluntas ſi eſſet tm̄mō H
appetitus itellectiuus ſine libertate vellet eā:ſed tenetur in eliciendo actū moderari appetitū.vñ eſt appetit⁹ intellectiuus:qđ eſt moderari affectionē cōmodi:ne.ſ.imoderate vellet. Pōt aūt voluntas ſeipſam potens moderari imoderate beatitudinē velle que ſibi congruit tripłr:vel q̄ꝫtum ad itenſionē:puta volēdo eā maiori conatu q̄ꝫ ſibi cōueniat:vel q̄ꝫtū ad accelerationē:puta volēdo eaꝫ ſibi citius q̄ꝫ ſibi cōueniat:vel q̄ꝫtū ad cām:puta volēdo ſibi
eā aliter q̄ꝫ ſibi cōgruat:puta ſine meritis:vel forte mo- Speculatio doctrinalis ꝛ ſubtiliſſima.
dis alijs de qbus oib⁹ nō opꝫ hic curare.aliquo iſtoꝝ modoꝝ eſt ꝓbabile ꝙ exceſſerit volūtas eius.ſ.vel plus appetēdo ſibi btitudinē inq̄ꝫtū eſt bonū ſibi q̄ꝫ amādo illđ bonū in ſe:vel plus appetēdo illud bonū vt obm beatificū eſſe bonū ſuū tanq̄ꝫ ſibi bonū:q̄ꝫ appetēdo illđ ineſſe alijs vt deo ſuo:ꝛ in hoc eſt ſumma ꝑuerſitas volūtatis q̄ eſt vti fruendis ꝛ frui vtendis ſm Aug.83.q.q.30.Uel 2° mō potuit appetere hīc ſtatim eā:cū tm̄ deus velit cū illā hīe poſt morulā vie.Uel 3° mō appetēdo eā ex nālibus haberi nō habēdo eā gratioſe:cū tm̄ deus velit eaꝫ hñi ex
meritis.debuit ḡ libera voluntas moderari affectionem Reſolo mi[-] eꝛ dubito[-] nū ex ho ſi-
q̄ꝫtum ad iſtas circūſtātias quas recta rō habuit oſtendere:qꝛ beatitudo debuit minus appeti ſibi q̄ꝫ deo:ꝛ debuit appeti ꝑ tempore:pro quo deus voluit:ꝛ ex meritis pro quibus deus voluit eaꝫ debere appeti.ergo ſi aliquo iſtorum modoꝝ ſequebatur affectionē cōmodi nō moderādo eam per iuſtitiā:hoc eſt per infuſam ſi habuit vel acqſitam vel innatā ſiue nālem que eſt ipſamet libertas peccauit. ℂ Per hoc ergo ad argumenta.

Ad primū

Ad primū volūtas nālis nō eſt de ſe īmoderata: ſed tm̄ inclinat per modū nāe:ꝛ in hoc
